

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6801

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Bordesley, Sainte-Marie (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1156-1159]

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Charte de fondation de l'abbaye cistercienne de Bordesley.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CXVII, t. 1, p. 221-223.

Dissertation critique

« Souscription de Robert du Neubourg, mort en août 1159 » : datation proposée par DELISLE/BERGER.

Texte établi d'après a

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, justiciis, baronibus, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis Angl[is] et Norm[annis], tam presentibus quam futuris, salutem.

Sciatis dominam et matrem meam Matill[idim] imperatricem et me fundasse abbatiam de Bordeslegha, de ordine Cisterciensi, in honorem beate Virginis Marie, pro amore Dei et pro anima regis H. avi mei, et comitis G. And[egavorum] patris mei, et aliorum parentum et antecessorum nostrorum, et pro salute nostra et heredum nostrorum, et pro stabilitate et pace regni Anglie. Et huic abbatie et monachis in ea Deo servientibus dedimus in perpetuam elemosinam et confirmavimus totam terram de Bordeslegha et de Theneshala et Terdebigga cum omnibus pertinentiis suis, et jus advocationis et dominationis ecclesie ejusdem ville de Terdebigga, et totam terram de Holeweia cum omnibus pertinentiis suis, cum essartis eidem terre conjunctis, que sunt de feudo episcopi Wigorniensis, preter terram parcharii, et omnia aisiamenta sua in foresta de Feccheam, cum omni libertate pasnagii et pasture, et ligna et materiem ad domos suas faciendas et ad alias res usui suo necessarias ; et in eadem foresta unam porchariam apud Feccheam cum dimidia virgata terre, et totum dominium de Budifordia cum IIbus molendinis, et cum omnibus aliis pertinentiis suis, donec eis de eodem dominio de Budif[ordia] escambium donem ad valentiam ; et totum dominium de Nortona cum terra forestarii et bedelli et Godrici de Hundesfeld., et cum omnibus pertinentiis suis ; et novum puteum de Wich, de proprio labore suo ad proprios usus suos sine venditione quam inde faciant ibi ; et unam piscariam apud Ernel., cum terra que ad eam pertinet. Preterea concedimus eis et confirmamus omnes donationes que eis racionabiliter facte sunt, sicut carte donatorum vel cyrog[rafa] testantur.

Ex dono S. episcopi Wigorniensis quandam terram apud Wich juxta Colevillam, que fuit insula quedam in qua predicti monachi de proprio labore suo suum habent puteum. Et quedam essarta juxta terram de Bolew., que ipsi essartaverunt. Ex dono R. comitis Cestrie totam terram de Cumba cum pertinentiis suis. Ex dono R. comitis de War., totam terram de Suthonga et I. hidam terre apud Octhesselvam, que fuit R. Filii G[re]g[orii], cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Willelmi et Stephani de Bellocampo, Osmeresl. cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Petri de Stodl., X. acras terre apud Hilbuthewrthe. Ex dono Nicholai Filii Bern., XII. acras terre juxta porchariam de Feccheam. Ex dono E. Strech., I. virgatam terre. Quare volo et firmiter precipio quod abbatia predicta et monachi in ea Deo servientes hec omnia predicta habeant et in perpetuam elemosinam teneant in pace, et libere et quiete et integre et honorifice, cum soca et saca et toll et team et infangeneth[eof], et cum omnibus aliis libertatibus et liberis consuetudinibus et quietantiis suis, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in viis et semitis, in aquis et molendinis, in essartis et pasnagiis, in vivariis et piscariis, infra burgum et extra, et in omnibus locis et in omnibus rebus, soluta et quieta de sciris et hundredis, et placitis et querelis, et geldis et denegeldis, et murdris et auxiliis et assisis, et operationibus, et hidagiis, et scutagiis et wardpeni, et auxiliis vicec[omitatum] et thelonieis et passagiis, et omnibus aliis consuetudinibus corone mee pertinentibus.

Testibus : H. archiepiscopo Rothomagensi, et Philippo Baiocensi et Arnulp[ho] Lexoviensi et Roth. Ebroicensi episcopis, et t. cancellario, et G. comite Mell[enti], et W. comite Glow[cestrie], et G. comite Giffard, et R. de Novoburgo, et R. de Sancto Waleri, et Rich[erio] de Aquila.

Apud Rothomagum.